



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 17. De ordine, quo facienda est restitutio,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

vel industria, aut amicitia alterius, nihil esse: unicū ducendum: sed simpliciter, & integrè soluendam esse deportationem; alioqui enim creditor innocens damnum sentiret: quia priuaretur eo quod haberet, si ei gratis aut modico pretio sua res translatara esset, vt futurum erat. Quod autem ex cap. Redintegranda 3. quest. 1. habetur, spoliatoris facis esse si ad eum locum ubi da num fecit, rem ipsam reduxerit: idem author in seq. num. 8. post eundem Medinam ait verum esse, quando dominus ipsius rem suam non erat alio translatarū.

<sup>133</sup> Ceterum pro praxi ad antedicta addenda sunt nonnulla. Primum est, Quae debentur ex donatione, vel legato, aut testamento, ibi reddenda esse ubi fuerunt cum donaretur; nisi aliud expressè dispositum sit à donante. Extra quam dispositionem, non censetur intendisse aliud, quam ut donatus livelit accipiat sibi donatum, vel relinquat: cum ex vi donationis absolute facta, ipse donans nihil aliud in re dñe videi possit. Quo sit ut donatus suis sumptibus illam recuperare debeat.

Secundum est. Quando res est restituenda expensis creditoris, eas deduci posse exipisci, si nulla alia suppetat comoda via: nempe vendendo candem; sive ex parte, ut residuum mitratur, sive extoto, si diuidi non potest, velutieque, ut pretium mitratur deductis expensis.

Tertium est. Dubitantem an debeat aliquid necne, non teneri illud alteri offerre, sed posse expectare donec id ipsum illius se certificetur, sive in iudicio, sive extra iudicium: quia in dubio melior est conditio possidentis, quod idem quoque author notat ibidem num. 10.

## CAPVT XVII.

## De ordine quo facienda est restitutio.

S V M M A R I V M.

<sup>234</sup> Non est necessarium ordo cum debitor est soluendo omnibus creditoriis.

<sup>235</sup> Alias, res aliena qua extat apud ipsum debitorem, reddenda est sibi domino.

<sup>236</sup> Non est idem dicendum de re qua empta est, nequam solutum est pretium, Petr. à Nauar. probabilitate docet.

<sup>237</sup> Duo obleruand. ne in ea re peccetur.

<sup>238</sup> Restitutio bonorum certorum preponenda est restitutioi bonorum incertorum: in hacque ordinem seruari non est necessaria.

<sup>239</sup> Quae debentur titulo gratiosa, postponenda sunt in restituione, usque debentur titulo oneroso.

<sup>240</sup> Extra iam traditos casus, seruandus est ordo prescriptus lege speciali loci, aut se nullus sit, ordo iuri communis.

<sup>241</sup> In quo, ius quorunq; res extat eadem numero, proxime succedunt hypothecarij, deindeis cui debetur dos, rium fiscus.

<sup>242</sup> Qui deinde alijs.

<sup>243</sup> Probabile est cum parva, sive cetera, non est necessarium seruare ordinem inter creditoris, quorum alijs debetur ex delicto, & alijs ex contractu.

<sup>244</sup> Expendit atque pro funere, preferenda satisfactioni creditorum, excepto eo cuius res extat eadem numero.

<sup>245</sup> Cum plures creditoris concurredi preferendi sunt, qui secundum antedicta sunt priores iure.

<sup>246</sup> Ex iis vero qui parvi sunt, diligenter in petendo.

<sup>247</sup> Sique plures simul petant facienda est illis diuisio prorata.

<sup>248</sup> An id verum sit cum alijs sunt alijs priores tempore.

<sup>249</sup> Ordo an edictus seruandus est sub pena peccati, quod regulariter est mortale.

<sup>234</sup> Dicitur de hac re differentium, qui deinceps commemo-rabantur, communis consensus est, cum debitor haberet soluta omnibus creditoribus, non esse necessarium, ut in restituendo seruet aliquem certum ordinem, sed id relinquel ipsius voluntati: quia ex immutazione ordinis, nullius creditorum defraudabitur eo potiori iure quod habet: nisi aliquid ipsi sit iniuria. Cum vero non haberet soluta omnibus, ita ut aliqui ex creditoribus remansuri sint absque solutione: tunc necessarium est ut consideret quo ordine,

seu cui prius, & cui posterius facienda sit restituto: nam graveretur peccare, si tunc non seruaret debitum ordinem, faciens iniuriam iis creditoribus qui erant alii preferendi.

<sup>235</sup> Is autem ordo intelligitur ex sequentibus regulis. Prima est, recepta omnium consensu teste Sylu. Restitutio 6. quest. 5. Res alienas quae extant in propria specie, id est, quae inanent eadem numero apud debitorem sunt primo omnium restituendae propriis dominis: quocumque modo, id est, sive iuste per commutationem, depositionem, &c. sive iniuste per furtum, rapinam, &c. acceptae fuerint. Nam cum non comprehendunt inter bona restituenda, in quem earum dominum nonquam translatum; illas restituendo aliis, veri domini priuarentur suis rebus iniustis.

Procedit autem haec regula, etiam si bona sint incerta, id est, quorum certus dominus omnino ignoratur: tunc enim restituenda sunt illi quibus de presumpta eiusdem domini voluntate debentur (pauperibus nimisrum; vel Ecclesie iuxta tradita in praed. cap. 14. sicut communem sententiam habere notat Petrus à Nauar. lib. 4. De restit. cap. vlt. num. 5. Qui doctrina Caset. in verbo Restitutio cap. 8. addit, id ipsum similiter esse intelligendum de re vendita credito, ita ut inuenta apud debitorem, qui pretium nondum soluit, debeat venditor: quia licet dominum rei oblatum sit in emptorem; etiam remansit obligata solutioni, quamdiu apud ipsum perferuerat. Quod idem cum Sylu. loco cit. tandem equitati naturali consentaneum, tenent Nau. in Ench. & Med. in cit. Cod. ille cap. 17. num. 49. & hic quest. 2. dub. 5. dicto.

<sup>236</sup> Sed Petrus ipse à Nauar. in sequenti numero nono & aliquot sequentibus non sine ratione contradicit. Quamvis enim aequitas naturalis ita faciendum esse postulat; & Index si auxilium ipsius imploretur, id ubere debeat: de iure tamen, nisi forte sit aliquod particolare aliquid loci, id non est necessarium. Nam nullum ius possitum statuens tale privilegium, dicti authores pro se adferunt: sive iure naturali rem credito venditam, facta iam emptori traditione, non esse magis obligata venditori, quam venditam presenti pecunia, Medina loco citato fareti cogitur hac ratione: quia coipio, quod venditur res, & emptori traditur, sive pretium illico reddatur, sive differatur, efficitur emptoris, & inter bona propria ipsius computari potest: nullo iure reali ad rem venditam manente in ipso venditore; pluram ad alia bona eiusdem emptoris. Accedit ex communis sententia, teste Nauar. in seq. num. 50. quod si res non esset eadem numero, sed aliae essent loco illus, per permutationem subrogata, aut exiliis pretium emptae: ea non sint obligatae solutioni creditoris. Unde sequitur, neque rem ipsam fusile obligata: quandoquidem eadem conditio: quia esset obligata, esset pariter alia que per permutationem, aut venditionem in locum illius subrogatur. Accedit etiam quod pars sit ratio rei, quam quis sibi emit tua pecunia, & rei quam a te emit credito. Illa autem non est tibi obligata. Ergo nec ista. Quod vero illa non sit obligata, nihilque iuris haberas in ea, pater: quia emens, tantum sibi, non tibi eam acquisiuit: pro quo glossa finalis ad cap. Cum tu De fursis circa aliquid leges ciuilis, inter quas est aperta lex Si ex ea Cod. De rei vindicatione: ex qua Sylu. in verbo Empio quest. 22. id ipsum confirmat.

Addens illud fallere in empto ex pecunia Ecclesie: quod non in emens, sed in Ecclesie dominum transit, ita ut haec possit, illud sibi vendicare, prout patet ex cap. Inquirendum De peculio Clericorum, cuius verba sunt: Inquirendum est si quis Presbyterorum de redditibus Ecclesie, vel oblationibus, vel votis fidelium, alieno nomine res comparavit: quia sicut nec tuo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de Ecclesiasticis facultibus debet; quia hoc trilegium est, & par criminis Iudei furis: qui sacras oblationes asportabat, & furabatur. Ex quo canone, quod Sylu. loco cit. assertit, taliter emptum transire de facto in dominium Ecclesie, reprehenditur à Petr. à Nauar. in memorato cap. ultimmo num. 16. qui vult transire tantum de iure, postque Iudicis sententiam; quia is canon non exprimit transitus de facto. Reprehendit etiam in sequen. num. 17. illum; quod dixerit Clericum non posse praedium de fructibus Ecclesie emptum dare intulit.

pietatis. Nam potuit tali intuitu dare pecuniam ex qua emptam est, ut ipse Sylvestris non negat. Porro si cui proutur istiusmodi doctrina Petri à Nauar. ipse admittere debet, quod in memorato num. 9 artigit, si ex re empta, cuius pretium nondum est solutum, satisfaciat quis alteri suo creditori, non committere de se in eo peccatum mortale, neque eiusmodi rem esse necessario restituendam ei qui vendidit.

Verumtamen duo obseruanda sunt ad peccatum in tali facto vitandum. Alterum est, quod idem author habet consequenter num. 10. quod si qua res aliqui solutioni specialiter obligata sit, sive per oppignorationem, sive per hypothecam specialem aut generali; ex ea primo omnium satisfaciendum esse creditori, qui habet ius illud pignoris aut hypothecar, alteriusve assecrationis: alioquin ex iure fieret in iuria, priuata ipsum iure suo. Id quod significatur per illud quod aliqui pro regula usurpant. Debita et alia prius personalibus restituenda esse; vocantes debita realia, quando creditor haber actionem directe & immediate in aliquas res debitoris, ut quod sunt illi expressi obligati. Personalia vero appellantes, quando creditor haber actionem directe, & immediate in debitoris personam, in res autem ipsius non nisi indirecte, & consequenter, ut in mutuo. Al erum est, de quo idem adhuc consequenter num. 12. si empator prae animo rem accepit, ut statuendo non contrahere, vel non solvere, cum id sit futurum, ideoque dominum maneat apud creditorem: talem rem esse restituendam venditori, quando pretium non est solutum.

A idicem partitione, quando vendor eo animo fuit, ut noller dominum rei suæ in emptorem transferre, nisi res ipsa solutum fuerit premium; quali animo fuisse censendas est, cum nec pignus, nec fideiussorem ab emptore accepit, nec fecurus est illius fidem, tanquam premium non solutum habens pro soluero. Quo modo potest accipi id quod habetur ex §. Verditꝫ Instituti De rerum divisione. Res venditas & traditas non aliter acquirentem, quam si venditori premium soluerit.

Secunda regula est. Quando ex debitis quedam sunt certa, id est, quorum creditorem debitor cognoscit: quedam intera quia licet debitor sciat se debere, ignorat tamen cui debet; tunc prius soluenda sunt certa omnia, quam incerta: nisi horum quedam extant eadem numeris: quoniam talia iuxta regulam praeced. restituenda sunt ijs quibus debentur, id est, pauperibus, vel Ecclesiæ. Hanc esse omnium Doctorem, sententiam Sylu. expedit in verbo Restit. 6. quæst. 5. pro qua Caier. In verbo Restit. & Medina in Co. De reb. restit. ille cap. 8. & hic quæst. 2. dub. 5. rationes afferunt. Optima autem videtur illa quæst. quando debitus est certum, interueniat in natura: quando vero debitus est incertus, interueniat tantum ius positivum: cuius dispositione tale debitum applicatur pauperibus: vt in praeced. cap. 14. sct. 1. habitum est. In concurrentia autem duorum preceptorum, ex communione Theologorum sententia, illud quod est iuri naturæ, preferatur ei quod est iuri positivi. Quare cum obligatione restituendi certa persona sit iuri naturæ, ea preferenda est obligationi facienda pauperibus, quæ nascitur ex solo positivo iure humano ac dispositione Principis. Vnde colligitur, quod Sylu. & Caier. in iisdem locis, ac Nauar. in Enchir. & Famus in verbo Restit. ille cap. 17. nu. 4. 8. & hic nu. 34. annotantur; eos errare qui cum nequeant debita omnia restituere, querunt pro incertis componere cum Ecclesiæ Prelatis: tanquam proprium de certis possunt, quantum aequaliter iisdem in certis restituendis, & sic eludere certos creditores, qui præponendi erant.

Quanquam, vt Nauar. & Famus addant, si res incerto domino debita maneret eadem numero apud debitorem, is posset illam vel pauperibus erogare, vel pro ea cum Prælato componere, vt si vas argenteum furatus es factaque diligenter inquisitus ne dominum cognoscere non potuisti; illud poteris vel pauperibus dare, vel tibi si vere pauper sis feruare, vel compositionem pro eo facere: quia non teneris de alieno creditoribus satisfacere; sed vel de suis determinate, si adhuc apud te extent; vel de tuis, si aliqua habeas; atque adeo de memorato alieno quod tibi applicatum fuerit, cum factum sit tuum per applicationem. Nota autem obiter in re-

stitutione incertorum non esse ordinem aliquem necessarium. Nam vt loc. cit. recte ait Medina, ius pauperium, & Ecclesiæ ad talia bona est generale: ita ut dando ea pauperibus, non autem Ecclesiæ, non fiat huic iniuria, ut nec sit pauperibus dando Ecclesiæ occitem sit pauperibus quibus non datur, dando aliis similiiter pauperibus.

Tertia regula est debitum titulo gratuito, seu ex promulgatione libera, in solutione facienda, certis debitis postponendum esse: quantumvis ipsum tunc contractum sit, cum promulgans era: solvendo omnibus suis creditoribus. Huius ratio est, quod debitor ad talis debiti solutionem tenetur in quantum facie potest, ut habetur ex legi inter eos ff. De re iudicata. Non potest autem oneratus alii debitos, quibus absolute tenetur satisfacere, ut teneri censetur quando contracta sunt titulo oneroso, puta emptione, mutuo, usurpatione illicita rei alienæ.

Ex qua regula deduci potest illud, quod Petri à Nauar. habet lib. 4. de restit. cap. vlt. num. 7 prius soluenda esse debita certæ persona, quam legata, etiam pia, facta certæ persona vel Ecclesiæ, quia haec debentur tantum titulo gratuito, & illa titulo oneroso.

Deduci quoque potest id quod habet Sy. u. in verbo Restit. sexto quæst. 6. debita contracta per defunctum, debere in restituendo præponi legatis etiam pīs secūs est verò, secundum eundem ibidem, de debitis per hanc eadem contractis sua tantum, & non defini etiā causam quoniam ex lege n. Cod. communia de legatis, bona legatis sunt legatariori tacitè hypotheca: a. Id quod Petro à Nauar. non placet: quibus rationibus qui volerit apud ipsum videtur in sequentia num. 48. Nam sufficiet nobis in ea re videndum esse quid constitudo loci sciat, aut quid statuant leges in eodem usitat: quia illud sequendum erit in conscientia, etiam si repugnat legi Syl. citat, cui præponderare debet tanquam posteriori lege constitutum. Inter legata autem soluenda, eaque pīa sunt videtur preferenda, expressis postea idem à Nauar. num. 50. & est rationi conformata: cum, dictanti curiam præcipuum cuiusque debere esse salutis anima.

Quarta regula. Extra predictos casus, si aliquis sit lex municipalis, aut regni vel provinciae seu loci quo facienda est restitutio præscribers ordinem restituendi seruandi a debitoribus, ex tali præscripto agendum est. Hanc habent Caiet. Et Nauar. ille in cit. cap. 8. & hic in Enchir. cap. 17. num. 50. Et confirmatur, quia talis lex obligat in conscientia per communem de ceteris de obligatione legi civilis tradendam suo loco in sequentia lib. 13. dummodo tamen ea non repugnet iuri naturali, ut ait inquit Caiet. Tunc enim seruanda non est: ut si bona qua certò constat aliena esse, & extant eadem numero, promiscue ex lege municipali computarentur inter bona debitoris.

Quinta regula. Si nullus in hac re ordo sit particulari lege, aut consuetudine præscriptus; obseruandus est ordo iuriis communis: qui ex Baldo ad legem Pro debito Cod. de boni autoritate iudicium posse dedit, talis est (vt videtur licet apud Nauar. in eod. cap. 17. num. 49. & aliquo sequens. & Sylvestris in praeced. quæst. 5.) primum locum inter creditores obtinet illi, quorum bona extant in propria specie, seu eadem numero.

Secundum locum vero, ex lege Eos Cod. Qui potiores in pignore habent, hypothecarij, hoc est, quibus ad recurretur futura solutionis, bona debitoris sunt expesse oppignerata; inter hypothecarios, illi qui habent specialem hypothecam super rem aliquam, preferendi sunt quæ ad eam, illis qui habent generalem super omnia bona. Quod intelligi nisi hi fuerint priores tempore: cum regala iuriis, qui prior est tempore potior est iure ad quemcumque hypothecam (prout Sylvestris ibidem facitur) pertinat, tanquam indifferenter & sine determinacione concepta.

Inter eos vero qui habent speciales hypothecas, prædudent illi qui mutuo dederunt pecunias quibus res hypothecata, vt domus, vel navis, construeretur, vel restauraretur, si in eum finem dederint, ex lege interdum ff. Qui potiores in pignore. Ratioque est quia sine tali mutuo, eiusmodi res non extitisset, aut certe perirent, ideoque prior creditor parum, aut nihil ex ea habuisset communio. Vnde ergo ferre non debet ei, cuius mutuo salua est, prius ex illa facta.

Quod

Quod idem, ut videre est apud Cossar. lib. 1. variarum resolut. cap. 7. num. 3. dicendum est de eo qui mutuo dedit pecuniam ad emendam domum vel praedium, vel aliam rem cum pacto expresso, ut ea res sibi maneat hypothecata pro debito. Nam talis perfertur alitis creditoribus habentibus hypothecam generalē in omnibus bonis debitoris, etiam comprehendendem bona in futurum ab ipso acquirendis. Pro quo facit lex Licer Cod. Qui potiores in pignore habeantur.

Tertium locum tenet ille cui debetur dos; idque in favorem matrimonij. Immo aliquando iste perfertur hypothecario. Nam ex Syllo. in verbo Dos quest. 12. dicto 3. cum donatio dos praesul hypothecam, illa debet solvi ante quam solvatur hypothecario: quia postquam dos est constituta, non potuit in eius praejudicium expressa hypotheca consignari; sicut cum hypotheca praesul dotem, hypothecario satisfaciendum est ante quam dos solvatur: quia fieret illi iniuria, vi potest qui priuaretur iure expresso hypothecæ: seu quod habebat in bonis debitoris ex pacto cum eo expresso facto. Quia de re post Syllo. agens Petrus à Nauar. in præced. num. 22. & 23 addit in nu. 24. priuilegium dotis, quia non est personale sed reale, transire ad heredes mulieris, sive sint ipsius filii, sive alii.

Quatum locum tenet fiscus ratione contractus cum eo initio, aut tributio nondum solati: qui tamen si prior tempore fuerit, perfertur ex Syllo. in verbo restit. 6. quest. 5. dicto 2. tanquam habens simile priuilegium cum vxoribus: de cuiusmodi priuilegio latè Cossar in cit. cap. 7.

242. Quintum locum tenent habentes tacitam hypothecam super bona debitoris, hoc est, quibus obligata sunt bona debitoris; non quidem expressa obligatione, sed secundum iuris interpretationem. Quo modo bona omnia Prælati accepit obligantur sua Ecclesiæ, pro mala illius administratione; & bona viri obligantur vxori pro dote recepta: aliaque quorundam aliorum: vt tutorum & curatorum; itemque administrantium bona ciuitatis: adde & partis administrantis bona aduentitia filii pro mala sua administratione. Videri potest Lud. Molina fatus fuisse persequens quæ ad tales aliosque hypothecæ tacita modos spectantia tract. 2. De iust. & iure disput. 536.

Sextum locum habent illi qui commodarunt vel depositarunt aliquid apud debitorem, quod cul. à ipsius amissum est. Hos ex eodem Syllo est tanquam non habentes hypothecam; postpone: dos est: autem memoratis, preponendo vero post memorandis, tanquam habentes actionem realem. Petrus à Nauar. annotat in sequenti num. 28.

Septimum locum tenent priuilegio, hoc est, illi qui ex priuilegio habent quod inter creditores personales (quo nomine significantur illi qui nullum proximè ius habent ad rem, sed solummodo actionem in personam debitoris) primo omnium illis satis fieri debeat. In exemplum horum proficeri possum ex Molina loco cirato num. 29. illi qui depositarunt pecunias apud numerularum non percipiendo inde viuras. Itemque pupilli, minores, prodigi, fatui, surdi simuli & muti, qui priuilegium personale habent, ut de bonis tutoris vel curatoris prius solvatur ei quam ceteris creditoribus.

Octauum locum tenent ceteri creditores, quibus debitor obligatur ex iusta acceptione, scilicet contractu, prout sentiunt Caiet. in verbo Restitutio cap. 8. & Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 53. Consequenter tribuentes 9. locum illis quibus restituunt debet viura, furtæ, & rapinæ. Sed post D. B. nauentur, Medina in Cod. de reb. restit. qu. 2. dub. 5. dicto 4. contra putat esse prius soluenda debita quæ nascuntur ex iniusta acceptione, ut viuras, furtæ, & rapinæ, quam quæ nascentur ex iusta acceptione.

243. Quam utramque opinionem reicit Petrus à Nauar. in eodem cap. vltimo, dubitatione octaua (& cum eo recentiores ut Lessius De iustitia, & iure lib. 2. c. decimoquinto dubitatione tercia) sentiturque si cetera sint pars, quod debitum ex iusta vel iniusta acceptione sit, non facere ut vni creditori, prius quam alteri fieri debeat restitutio: quia id nulla lege statutum est, nec vlla ratione conuinctor. Nam debitor sua bona similiter manent, sive ex delicto, sive ex contractu liceo de debitu contraxerit; similiterque aduersus ipsum agere,

& a t. ipsius bona ius sibi quæ iure creditores possunt. Vnde in fogo externo (inquit p. à Nauar. ibid. num. 41.) nulla habetur ratio debiti ex delicto, vel ex licto contractu, quando in debitores est tantum actio personalis, neque vilus creditorum hypotheca habet per priuilegium. Id autem in illi cito est, si debitum ex contractu iure naturæ deberet præfieri debito ex delicto.

Si obicias in facienda restitutio maiorem iniuriam præferandam esse. Responderetur, quidquid sit de acceptione, eamdem esse iniuriam, ac peccatum eiusdem speciei, debitum ex contractu non solvere in iusto credito: & non solvere debitum ex rapina vel furto, quia æquæ virum que in iusto domino, id coeque inducit & quam obligationem restituerit detinuerit, an quam æquæ debitum ex iniustia, & æquæ curæ domino, ut sibi restitutur. Quod vero aliqui senserunt bona viuariorum esse tacitæ hypothecæ, & quæ ex contractu inter partes initio, proueit.

Vlrum demum locum habent illi quibus incerta bona debent restituiri. Quod cum nitatur ante tradita regula 2. non est magis quam ea certum.

Ad tertium est autem, quod si quis mortuus relictis 244.

paucis bonis ex quibus non potest satis fieri omnibus creditoribus, deducenda sint primò omnium expensæ moderatae faneris, & exequiarum ex lege penultima ff. De religiosis, & sumptibus funeris; itemque promulgationis testam ent traditionis, & hereditatem, confessionis inventarij, cunctæ supelleccts, & aliorum huiusmodi ex lege Scimus s. In computatione Cod. De iure liberandi. Erratio est: quia non debet haec sentire derelinquentem ex iuncta haereditate. Id vero non procedit, in bene moni Patr. à Nauar. in eodem ap. vlt. dubit. 2. quando omnia bona debitoris funeraria, ex anima eadem numero. Nam tunc nihil de illis sicut potest sine licentia data a creditoribus: nisi extrema necessitas virgeret, ut quia defunctus aliqui non humaretur.

Sexta regula est: Quando plures creditores concurrunt in eodem ordine, semper in restituendo reliquis præferendos esse a debitoro eos, qui secundum antedicta sunt priores iure; & a vtr. restituto nunquam sit ab eo facienda minus priuilegiari, etiam si prior petat, & relicta magis priuilegiato: ne quidem si hic dicitur si, & ille pauperior. Ratio est: quia fieret alioqui iniuria, quia quis suo iure priuaretur contra iniuriam communiatum: attendentem, non eandem personam sed rerum æqualitatem. Pro quo faciunt quæ habet idem Petrus à Nauar. in sequenti dubit. nona Nonnullas iuri subtilitates de hac materia, habet Lud. Molina. De iust. & iure tract. 2. disputatione 336. num. 34. 35. & 36. apud quem videat qui voleret.

Sexta regula: Si quis creditorum in iudicio vel extra iudicium aliis qui non sunt magis priuilegiati quam ample, diligenter sit in debito petendo, prius illi quam alii facientium est hoc nomine, quod prior petierit, etiam si posterior sit tempore: sive (v. Syllo. loquuntur Restitutio. 5. quest. 5. vers. Post hos) non attenta prioritate contractus. Neque, re Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 52. expressit, peccar creditor accepido debitum, quod petit diligenter quam alij, qui non sunt magis priuilegiati; quia cum sit illis faciunt, non facit eis iniuriam, sicut nec faceret qui cum distribuitur elemosyna, petendo præuenire eos qui diutius quidem expectarent: sed minus diligenter petunt. Tam haec quam præcedentem regulam consensu omnia receptam esse notat Petrus à Nauar. lib. 4. De restit. cap. ultimo num. 42. & 52.

247. Octaua regula est: Quando sunt plures creditores quorum unus non est diligenter alio in petendo, nec magis priuilegiatus: id quod ex bonis debitoris restat est inter eos dividendum pro rata: nempe recipiendo, vel amittendo, v. g. solidum pro libra. Hanc agit Nauar. & ante eum Syllo. ille in præced. num. 51. & hic in sequen. quest. 8 admonens, quod si debitor velit alii cui ex creditoribus gratificari, debeat id alii omnibus communicare, & ab omnibus licentiam obtinere. Quod paratione iudicandum est, si contingat, plures ex

priuilegiatis concurrere, qui sint in eadem causa: ut quando plures concurrunt ad eundem nummularium apud quem deposuerunt suam pecuniam. Non enim præfertur is qui in deponendo prior fuit tempore: sed ei pro rata, sicut cæteris soluendum est: & sic de aliis, quando concurrunt habentes priuilegia prælationis: neque iure habetur exprestum quis sit præferendus. Pro hac regula facilis lex Priuilegia ff. De rebus auctoritate Iudicis possidens; cuius verba sunt. Priuilegia non ex tempore estimantur, sed ex causa: & si eiusdem tituli fuerunt, concurrunt: liceat diuersitates temporis in his fuerint.

Nona regula est. Creditori priuilegiato, qui iuxta antedicta præponendum est aliis, soluendum esse in totum, non obstante incommode quod alij sensuriunt. Hanc Petr. à Nauar. in eod. cap. vlt. dubit. 5. ex eprobatur, quod si talis creditor est priuilegiatus, habendo rei dominium, aut hypothecam, ius naturæ exigat, ut res ipsa, cuius est dominus, tota ei detur, aut quæ ei assignata est in assecurationem, applicetur ad totaliter ei soluendum: itemque exigat ut ad commune bonum serueretur priuilegium, quod legis beneficio fuerit alicui consuum.

248. Cæterum quando nullum est priuilegium: sed omnes actiones sunt ex quo personales, vt eorum quos vocant chirographarios, Medina in Cod. De reb. restit. quæst. 2. dubit. 5. dicto 5. sensit antiquorem creditorem esse præferendum; nempe illi prius quam ceteris, soluendum debitum. Fundamentum ipsius est, quod qui prior est tempore, potior sit iure ex 54. regul. iuris in 6. Sylla vero in memoria quæst. versu Post haec, & ante eum D. Anton. 2. part. it. 2. cap. 7. § 3. contrarium iudicat: hoc est, debitorum ob solam debiti antiquitatem non teneri alicui tali creditori soluere in totum: sed cuique in eadem causa existentium, debere satisfacere pro rata: atque adeo ob creditorum cumulum, facere priorum partem deteriorem: quod quidem Petr. à Nauar. in fine eiusdem cap. vltimi approbat, per legem. 1. § Ex contrario ff. De separationibus bonorum. Neque obstat citata regula iuris, quia dicitur potest amplius procedere in habentibus ipsam rem sibi hypothecatam: ut duas uxores habent bona maritata ratione dotti acceptæ: & ideo ex eiusdem regula præscripto, satisfacendum est doti prioris matrimonij antequam satisfiat doti posterioris: & ita (vt Syllae ster notat in eadem quæst. 5. dict. 2.) filii ex priori matrimonio agentes de dote materna contra nouercam, hinc præfuntur. Cæterum videndum erit & quendam si quid ea de re speciales leges loci disponant: cum autem nihil eiusmodi habetur, tenenda est in praxi opinio posterior ut magis accommodata ad æquitatem retinendam, quæ in repub. per iustitiam communitatum constitutur, suum cuique tribuendo quantum fieri potest.

249. Ultima regula est. Ordinem per præcedentes regulas præscriptum, seruandum esse in conscientia, tanquam ex æquitate naturali (scimus si ex falsa præsumptione) ob commune bonum præscriptum. Hanc habent Sylla & Nauar. ille in sequ. quæst. 7. & hic supra memorato num. 52. Qui inde infert peccato generos, & nurus, de bonis sociorum id accipientes & retinentes quod eis debetur, scientes deberi magis priuilegiatis. Vbi nota patrem non habere potest: em dandi filiæ aliud, quam quod potest sibi reseruare, & de quo potest puto libito disponere. Vnde promissio dotis intelligitur sub tacita conditione, si ea pertingat illud quod patet qui promittit, potest sibi reseruare. Neque sacer tenet dotem genero soluere, nisi in quantum potest: quia promissio liberalis, qualis est illa, non tenet, vbi promissum definit esse in promissoris potestate. Inferrit etiam potest debitorum cognoscementem statim suum habentem, non posse creditori non præferendo, debitum integrè soluere, ut gratificet ei. Nam postponens ei priores iure, facit his iniuriam: dato quod ea de causa ipsi fraudandi sint debito suo, siue in totum, siue ex parte.

Porro peccatum illud quod committitur transgressione prædicti ordinis, esse mortale, nisi patuit in materia, aut probabili ignorancia iuris vel facti excusat. Petrus à Nauar. expressio in eodem cap. vltimo dubit. ultima. Quamquam (vt de iust. & iure tract. 1. disp. 5. 6. in fine Molina indicat) excusationi locus esse potest ex iusta causa: qualis est quod à Iudice compellatur, aut brevi compellendus sit, non sine graui

molesta in litigando, & clauditur bonorum in expensis faciens. Et certè cum non obstante debita, quin debitor sit adhuc bonorum dominus, potest ex illis sibi subuenire quando necessitas ipsum urget, neque contrarium creditores vellent rationabiliter. Verum tamen, ut idem author addit, tali consulendum est ut eiusmodi incommode obuerit cedendo bonis quando nulla spes efficit ita peruenturum ad pinguiorem fortunam, ut omnibus suis creditoribus plenè satisfacere possit.

### C A P V T XVIII.

De causis qua debitorem excusat à restituitione.

#### S U M M A R I U M.

- 250 Diversus à diversis constitutus numerus causarum excusantium à restituitione.
- 251 Inopia excusat quādiū perseverat.
- 252 Conditiones: requisita, ut remissio creditoris excusat.
- 253 Cessatio bonorum quāmodo excusat.
- 254 Causa alia excusantes, nempe vita & periculum, restitutio facta a creditoris, interius ut rei debite, & sententia iuris vel iudicium cum duabus conditionibus.
- 255 Ingressus religionis quāmodo excusat.
- 256 Quāmodo excommunicatio.
- 257 Alia causa: incertitudo creditorum, compositione, & compensatione.
- 258 Conditiones necessariae ad licitam compensationem.
- 259 Quæ ignorantia excusat à restituitione.
- 260 Quāmodo excusetur, quo par modo res peritura erat apud verum dominum.
- 261 Dua alia causa: compensatio per aliquod obsequium, & præfatio vel ius capio.
- 262 Propositæ causa: quādiū durant excusant, ut à restituitione sive ab excommunicatione generaliter latit, non item à laia specialiter.

**E**T pro certo habeatur ab omnibus, obligationem pizcepti de non retinenda iniquæ re aliena, non expectare tempus, sed statim urgere, quandoquidem ea est præcepit negatiui, obliganti pro omni tempore: æquæ nihilominus omnes patiter agnoscunt tubesse posse nonnullas causas, ob quas excusat qui sibi peccato non adimplendo eam ipsam obligacionem:

250. Illæ autem diuerso modo à diversis numerantur. Namque Caiet. in verbo Restitutio cap. 6. numerat tantum tres generales ad quas reuocentur cæteræ tanquam speciales. Nauarus vero in Echir. cap. 17. num. 7: & aliquot sequentibus numerat nouem, Medina autem in Cod. De reb. restit. quæst. 3. proponit duodecim, & demum Greg. à Valent. 2. disput. 5. quæst. 6. puncto 7. adfert quindecim. Ego ad sexdecim constituerim: quarum aliæ sumuntur ex parte debitoris, aliæ ex parte creditoris, aliæ ex parte rei alienæ retentæ, & ex parte publicæ potestatis. Duodecim primas eo ordine tradam quo Medina loco citato:

Prima gituit causa excusans à restituitione, est inopia; levum quis non habet actu, unde restitutus, nec probable est posse propriâ industria vel labore; aut aliter acquirere. Tunc enim, ut haber Cotarr. ad reg. Peccatum pat. 1. num. 2. recentissimum est à restituitione debitorum excusat: quia nemo ad moraliter impossibile obligatur: neq; tenetur ad id, quod propriæ vitæ excedit: atque ad eo cum ex imponentia debitoris detentus reddatur inuoluntaria, tunc suffici coram Deo, debetque sufficere coram hominibus voluntas parata ad satisfacendum. In eligendum ramen est istud, quādiū debitor in ea necessitate maneat: quia si ad pinguiorem fortunam postea venerit, renetur tunc ad restituitionem à qua hæc causa excusat, non quidem tollendo obligationem, sed in impediendo ne peccetur illius transgressionem.

Secunda causa est, remissio creditoris sive expressa; vi quæ indicatur verbis: sive etiam tacita: ut quæ probabilibus indicis conicitur. Quando enim creditor debitum remisit debitori sive quia talis remissio donatio quedam est: quare rei dominium transfertur, hic ab obligatione restituendi liberatur: etiam si